

Huic adiungam causa exempli radicem augis Solis incarnationis Christi, è tabella parua desumptam, scilicet signa 2, gradus 11, minuta 25, secunda 23, & proueniet aux Solis & Veneris 3 signorum, gradus unius, minutorum 22, secundorum 26.

	S.	G.	M.	S.
Aux communis anni 1520.	0	19	57	3
Radix incarnationis Christi augis Solis & Veneris.	2	11	25	23
Aux Solis & Veneris.	3	1	22	26

Vera loca stellarum fixarum ad quodcunq; tempus perquirere.



VÆRE augem comunē temporis tui dati, à qua subtrahe augem comunem tempore Alphonsi, & residuū erit differentia motus stellarum fixarum inter datum ac Alphonsi tempus. Hūc ergo motū adde stellis Alphonsi nis, & habebis uerum locum stellæ quæsitæ. Ut, uerifi-

canda sunt loca stellarum ad annū 1520 transactum, & 16 Ianuarij diem. Aux communis autem huius temporis est 0 signi, 19 graduum, 57 minutorū, ac 3 secundorum, à qua subtraxi augem comunem Alphonsi, nempe, 0 signi, graduum 17, minutorum 34, secundorum 34, & facta ablatione remanserunt signa 0, gradus 2, minuta 22, secunda 29, motus stellarum fixarum à tempore Alphonsi in annum 1520. completum, & 16 Ianuarij diem. Inquirendus autem erat uerus locus Aldebaran stellæ regiæ in oculo Tauri, qui tempore Alphonsi fuit in signo 1, gradu 29, minuto 48. Huic itaq; addidi gradus duos, minuta 22, secunda 29, & collegi signa duo, gradus duos, minuta 10, secunda 29, uerum scilicet locum stellæ Aldebaran tempore proposito.

	S.	Gr.	M.	S.
Aux communis anni 1520, completi.	0	19	57	3
Aux communis Alphonsina.	0	17	34	34
Motus stellarū à tēpore Alphonsi in 1520 annum.	0	2	22	29
Verus locus Aldebaran tempore Alphonsi.	1	29	48	0
Verus locus Aldebaran anno 1520 completo.	2	2	10	29

Æquatorium